CHRIS[...] Autor,
[...]rum,
Dum [...]eus esto
[...]iber!

Notandum ex hoc libro

de Melanchtone pag -- 215
quod sit Sacramentarius

de Brentio quod iis etiam
in nonnullis faveret 220.

D. O. M. A. E. C.

Disputatio XV.

COLLEGII CORPORIS DOctrinæ Prutenicarum Ecclesiarum,

DE MINISTERIO ECCLESIASTICO.

Ordine Prima.

SUB PRÆSIDIO

COELESTINI MISLENTÆ, SS. Th. D. eiusdem, ut & Hebr. linguæ Profess. Ordinar. Consistorii Sambiens. assessoris.

RESPONDENTE

CASPARO PRÜFERO Dantisc.

Publicè in Auditorio majori, Ad diem 16. Iulii.

REGIOMONTI,

Typis Laurentii Segebadii, Anno 1625.

Inclyto Inclytæ Reipub. Dantiscanæ Scabinorum Collegio

VIRIS

Nobilissimis, Amplissimis, ac Prudentissimis

Dn. Præsidi, reliquisque judicii publici Assessoribus spectatissimis

Studiorum Patronis ac favitoribus liberalissimis

Exercitationem hanc Theologicam

D. D. D.

Casparus Pruferus.

Disputatio XV.

DE MINISTERIO ECCLESIASTICO.

HAbuimus hactenus Media salutis divinitùs pro genere humano instituta; cùm verò ea DEUS mediantibus certis personis dispenset; de iisdem, earumq; officio præsenti disputatione differendum restat; idq; ex instituto auctorum libelli nostri.

I. *Sedes hujus loci in libello nostro repetiti.*

Desumtus, ac repetitus hic est locus Primò Ex *Augustanæ Confeßionis articulo* V. qui sequentibus proponitur verbis: *Vt fidem consequantur, institutum est ministerium docendi Evangelium, & porrigendi Sacramenta &c.* ut & *articulo* XIV. qui sic habet: *De ordine Ecclesiastico docent* (Ecclesiæ magno consensu) *quod nemo debeat in Ecclesiâ publicè docere, aut Sacramenta administrare, nisi ritè vocatus.* Uberius deduci-

tur & explicatur hic articulus in *abusibus de potestate Ecclesiastica*: ubi statuitur 1. discrimen inter potestatem politicam & Ecclesiasticam 2. κριτήρια potestatis Ecclesiasticæ profe-runtur 1. Quod *sit ordo* Dei 2. quod exerceatur *docendo*; seu prædicando verbum DEI, & *administrando Sacramenta* 3. quod occupetur circa *res æternas* h. e. justitiam æternam, Spiritum S. & vitam æternam 4. quod non impediat *Politicam* administrationem. Deinde ex *Apologia August. Confess. artic.* 14. ubi sequentia post articuli recitationem leguntur: *Hac de re in hoc Conventu sæpè testati sumus, nos summâ voluntate cupere conservare politiam Ecclesiasticam, & gradus in Ecclesia factos etiam humanâ auctoritate.* Scimus n. bono & utili consilio à Patribus Ecclesiasticam disciplinam hoc modo, ut veteres Canones describunt, constitutam esse. *Sed Episcopi Sacerdotes nostros aut cogunt hoc doctrinæ genus, quod confeßi sumus, abjicere, ac damnare; aut novâ & inauditâ crudelitate miseros, & innocentes occidunt.* Hæ caussæ impediunt, quò minùs agnoscant hos Episcopos nostri Sacerdotes. Ita *sævitia Episcoporum in caussa* est, quare alicubi dissolvatur illa Canonica politia, quam nos magnoperè cupiebamus conservare &c. In specie verò sententia de potestate Ecclesiastica declaratur, & defenditur sub finem *abusuum in Apologiâ.*

Deniq; ex *parte Tertia articulorum Smalcaldicorum*

caldicorum: ubi quidem distinctìm Locus hicce pertractatur. *Articulo* n. VII. agitur de *clavibus*, ceu officio & potestate Ecclesiæ à Christo datâ ad ligandum, & solvendum peccata, non tantùm enormia, & manifesta; sed etiam *subtilia*, abscondita, soli Deo nota: *articulo* VIII. de (confessione &) *absolutione*; articulo IX. de *excommunicatione*; artic. X. de *Initiatione, ordine*, & vocatione *Ministrorum* Ecclesiæ: ubi sub finem sequentia subjiciuntur: Quapropter, *sicut Vetera exempla Ecclesiæ, & Patrum nos docent, idoneos ad hoc officium ipsi ordinare debemus, & volumus*. Et hoc nobis prohibere non possunt, etiam secundum sua jura, quæ affirmant, etiam ab Hæreticis Ordinatos, verè esse ordinatos, & illam Ordinationem non debere mutari. Et *Hieronymus* scribit de Ecclesiâ Alexandrinâ, eam primùm ab Episcopis, presbyteris, & ministris communi operâ gubernatam fuisse.

II. Summa hujus loci, prout in libello nostro repetitur, & repurgatur.

Commonefiunt heîc potissimùm *Theologi, & Pastores* sui divinitùs sibi commissi muneris, ac officii 1. Quod debeant esse *custodes*, ac dispensatores purioris doctrinæ, ceu sacrosancti depositi sibi concrediti, & commendati

1. Tim. 1. verſ. 11. 12. c. 6. verſ. 20. 21. 2. Tim. 1. v. 12. 13. 14. Mal. 2. 2. Quod debeant non modò *veram* ſententiam docere, ac proponere; verùm etiam *antitheſin* urgere, & *falſam* doctrinam refutare 2. Tim. 2. verſ. 15. Tit. 1. verſ. 9. 11. 3. Quod debeant *ſimplici* docendi modo imprimis ſtudere, quò Eccleſia ædificetur. 4. Quod debeant *diſſenſiones*, & *offendicula* vitare Rom. 16. 5. Quod debeant ſuam *imbecillitatem agnoſcere* in multis myſteriis haud perfectè intelligendis, & comprehendendis.

Deinde præſcribitur *Paſtoribus*, & præcipuè *Academiæ Profeſſoribus* modus procedendi cum iis, ſi qui cerebri heterocliti eſſe, adeoq; novis, & peregrinis opinionibus delectari velle cum propoſito publicè easdem ſpargendi deprehenderentur. nimirùm, *nequaquam eſſe tacendum, diſsimulandumve, donec ea ſcintilla flammas conceperit, & multorum animos jam involverit; ſed maturè principiis obſtandum*, ac *primò* novatorem ac Schiſmaticum placidè admonendum 2. ſi irrito id factum fuerit eventu; negotium ad Epiſcopum vel *Presbyterium* referendum: 3. Quodſi verò nec ſic emendetur; ſed errorem publicè inſuper ſpargere perrexerit, aut ſategerit: ab omnibus Paſtoribus *publicè arguendum* eſſe juxta Dei mandatum.

Deniq; ſubjicitur *commonefactio*; ut Miniſtri Eccleſiæ ſæpiùs populo judicium & ultionem divinam ob contemtum verbi ſui denunciant,

cient, adductis exemplis Papatus, & similibus; nec non ad veram pœnitentiam exhortentur; immò ipsi bonis exemplis gregi præeant, & præluceant, 1. Tim. 4. vers. 12. 1. Pet. 5. v. 3.

III. *Explicatio theseos, vel sententia Orthodoxa.*

In Explicatione Theseos non tantùm de Pastorum officio nobis erit agendum; sed de *universâ* Ministerii Ecclesiastici *constitutione*, & *Naturâ*: Id quod eò commodiùs expedituri; expendemus Ministerii *Appellationes* 2. *Descriptionem* 3. *Caussas* 4. *Axiomata* Generalia 5. *Adjuncta*.

De Primo.

§. 1. *Duplicis* generis occurrit *Nomenclatio* seu *appellatio* Ministrorum Ecclesiæ. *Primò* in *abstracto*, idq; *vel* ex usu *Scripturæ* S. quo inprimis denotatur officium Ministrorum Ecclesiæ, quoties vocatur 1. *διακονία* Act. c. 1. v. 17. 25. c. 6. vers. 4. c. 20. v. 24. c. 21. vers. 19. Rom. 11. vers. 13. c. 12. vers. 7. 1. Cor. 12. v. 5. 1. Cor. 16. vers. 15. 2. Cor. 6. vers. 3. c. 11. v. 6. Coloss. 4. vers. 17. 1. Tim. 1. v. 12. 2. Tim. 4. vers. 5. 2. λειτουργία Phil. 2. vers. 17. Act. 13. vers. 2. quæ vox ex V. T. LXX. versione transsumta esse videtur: uti videre est ex Num.

 8. vers.

8. verſ. 24. 3. οἰκονομία, diſpenſatio 1. Cor. 9. v. 17. Eph. 3. v. 2. Coloſſ. 1. v. 25. 4. ἐπισκοπὴ, *Inſpectio*, *Epiſcopatus*, Act. 1. verſ. 20. 1. Tim. 3. verſ. 1. *Vel ex uſu Eccleſiæ*, & ſic vocatur 1. ἱερουργία, actio ſacra 2. ἱεραρχία, adminiſtratio ſacra 3. Ordo Eccleſiaſticus.

§. 2. *Deinde in Concreto*, idq; viciſſim vel ſtilo Spiritus S. ac eo *partim proprio*, quoties Miniſtri Eccleſiæ vocantur in Nov. Teſt. 1. ἐπίσκοποι, *Superintendentes*, interprete B. *Auguſt.* lib. 19. de Civ. Dei c. 19. *Iſidor.* lib. 7. Etymolog. cap. 12. & C. Cleros diſt. 21. *Proſper.* de vit. contemplat. c. 2. 2. *Presbyteri* aut *ſeniores* 1. Tim. 4. verſ. 14. c. 5. verſ. 17. 19. Tit. 1. v. 5. Jacob. 5. verſ. 14. 1. Pet. 5. verſ. 1. 3. διάκονοι, *Miniſtri* 1. Cor. 3. verſ. 6. 2. Cor. 3. verſ. 6. c. 6. v. 4. c. 11. v. 15. 23. Eph. 3. v. 7. c. 6. v. 21. Coloſſ. 1. v. 7. c. 1. v. 23. 25. c. 4. verſ. 7. 1. Theſſ. 3. verſ. 2. 1. Tim. 4. verſ. 6. 4. δοῦλοι θεοῦ, *Servi Dei & Chriſti* Act. 16. v. 17. Tit. 1. v. 1 Rom. 1. v. 1. Phil. 1. v. 1. 2. Tim. 2. v. 24. 5. λειτουργοὶ Rom. 15. v. 16. 5. ὑπηρέται τοῦ χριστοῦ, *Famuli Chriſti* 6. Διδάσκαλοι *Doctores*, Act. 13. v. 1. 1. Cor. 12. v. 28. Epheſ. 4. v. 11. 7. προεστῶτες, *præſides*, *præfecti*. 1. Tim. 5. verſ. 17. 8. ἡγούμενοι, Duces. *Anteceſſores*, *Præpoſiti*, Act. 15. v. 22. Hebr. 13. v. 7. 17. 24. 9. γραμματεῖς, *Scribæ* Matth. 13. v. 52. c. 23. v. 34. *phraſi Hebræâ* Eſdr. 7. v. 6. 11. 21. Nehem. c. 8. v. 1.

4. 9. 13.

4.9.13. *Evangelistæ* 2. Tim. 4. v. 5. *partim modificato*, & sic Ministri Ecclesiæ vocantur 1. *Sal* terræ Matth. 5. v. 13. 2. *Lux* mundi, ibid. Joh. 5. v. 35. Phil. 2. v. 15. 3. *Operarii* vineæ, Matth. 20. v. 1. c. 21. vers. 33. Mar. 12. v. 1. (agricolæ) Luc. 20. v. 9. 4. *Servi* nuptiales, Matth. 22. v. 3. Luc. 14. v. 17. 5. *Paranymphi*, Joh. 3. vers. 29. 6. *Piscatores* hominum, Matth. 4. v. 19. Mar. 1. v. 17. Luc. 5. v. 10. 7. *Messores* Domini, Matth. 9. v. 38. Joh 4. v. 37. 8. *Oeconomi* Luc. 12. v. 42. 1 Cor. 4. v. 1. Tit. 1. v. 7. 9. *Legati* Dei, 2. Cor. 5. v. 20. Ephes. 6. v. 20. *Angeli* Gal. 4. v. 14. Apoc. 1. v. 20. c. 2. 1. 10. *Præcones* 1. Tim. 2. v. 7. 2. Tim. 1. vers. 11.

§. 3. *Vel usu Ecclesiæ*, & sic Ministri Ecclesiæ appellantur 1. Πάροικοι, apud Euseb. lib. 3. Hist. 13. Hinc paroecia, vel parochia, *&* *parochus*: 2. *Sacerdotes*, sed non nisi sensu modificato, ac improprio; ob sacrificium mysticum & spirituale, quod præconio verbi peragunt, Rom. 15. v. 16. Mal. 1. v. 11. alias titulus Sacerdotis in N. T. soli Christo propriè competit, Hebr. 5. v. 5. c. 7. v. 23. 27. c. 9. v. 15. 28. Hebr. 10. v. 14. Hisce superaddunt Pontificii 3. appellationem *Clericorum*, quæ tamen ex phrasi Scripturæ nuspiam solum Ecclesiasticum ordinem notat. Vide de ὀνοματολογίαις his, & similibus, fusiùs differentem Dn. *Gerhard. Tom. 6. cap. 1.* & Dn. *Meisner. part. 2. sobr. Philosoph. cap. 2. Quæst. 10. & 11.* Quibus, si placuerit appella-

 tiones

tiones ex V. T. addere, d. l. apud Dn. Gerhardum deprehendentur.

De Secundo.

§. 1. Est a. Ministerium Ecclesiasticum Ordo, *vel status sacer ex certis in* Ecclesia *personis legitimè divinitùs vocatis constans*, inq; *verbi* Dei *prædicatione, clavium usurpatione, & Sacramentorum legitimâ dispensatione consistens ad* Dei *gloriam, & generis humani salutem.*

§. 2. Definitum est Ministerium Ecclesiasticum; ut sic discernatur à quovis *profano*, sive *publico*; sive *privato*; sive *politico*; sive *Oeconomico*.

§. 3. In Definitione, *Generis* loco ponitur *Ordo*. Est n. Ministerium in Categoria Relationis; cujus esse est ad aliud referri; restringitur a. Genus hoc, ceu latius, ad propius, additâ determinatione, quod sit *Ordo sacer*, ad differentiam cujusvis profani, sive Politici, sive Oeconomici.

§. 4. *Differentia* porrò ex classe *Relatorum* est desumta: *Primò* Relatum ac Subjectum innuitur, vel *Materiale*, mentione certarum personarum in Ecclesiæ gremio constitutarum, eiq; per medium regenerationis insertarum: 2. *Correlatum* innuitur, mentione actionum, circa quas officium Ecclesiasticum occupatur 3. *Fundamentum*, seu caussa Efficiens princi-

principalis est divina *institutio*, ac vocatio legitima 4. *Terminus*, seu finis Ministerii Ecclesiastici est, ultimus, Dei gloria, & subordinatus, Salus Generis humani. Omnia hæc Membro sequenti pleniùs erunt explicanda.

De Tertio.

Et primùm quidem de Efficiente.

§. 1. *Efficiens* principalis Ministerii Ecclesiastici est ipse *Deus*: Id quod patet 1. ex *promißionibus divinis* Jer. 3.v.15. Dabo vobis Pastores juxta cor meum: c. 23. v. 4. 2. ex *complemento*, Joël. 2. v. 23. Matth. 9. v. 38. c. 13. c. 20. v. 1. c. 21. v. 33 1. Cor. 12. v. 28. 2. Cor. 5. v. 18. Eph. 4. v. 11. 12. Quò spectat *vocatio* (sub qua comprehenditur simul 1. *Electio* 1. Par. 23. v. 13. 2. Par. 29. v. 11. Jer. 1. v. 5. Luc. 6. v. 13. Act. 1. v. 2. 24. & 2. *Mißio*, Jer. 23. v. 21. Rom. 10. v. 14.) non illa quidem *generalis*, quam omnes fideles in Baptismo accipiunt; & quoties ad regnum Gratiæ vocantur, Rom. 1. v. 6. 1. Cor. 1. v. 2. 9. Eph. 4. v. 1. 1. Thess. 2. v. 12. c. 5. v. 24. 1. Pet. 1. v. 9. 10. Sed *specialis* ad *officium Ecclesiasticum ritè* obeundum, Rom. 1. v. 1. 1. Cor. 1. v. 1. quæ sic describitur à Dn. *Tarnovio* lib. 1. de Minister. S. c. 6. quæst. 1. pag. 53. *quod sit actio Dei, quâ is, quos ipsi visum est, separat* (Act. 13. v. 2. Rom. 1. v. 1.) *ut sint cooperatores ipsius in dispensatione Mysteriorum*

rum

rum suorum (1. Cor. 3. v. 9. c. 4. v. 1.) *ad gloriam suam* (Proverb. c. 16. v. 4. 1. Cor. 10. v. 31.) *&* *coagmentationem sanctorum*, Eph. 4. v. 12. vel; *quod sit opus Gratiæ, quo Deus certas quasdam personas ex reliqua hominum multitudine eligit, quas Ecclesiæ suæ doctores præficiat*, ita describente Dn. *Gerhardo* d. l. c. 3. sect. 1. f. 78. §. 51.

§. 2. Estq; vel Immediata, vel *Mediata*.

3. Immediata est, quæ proficiscitur *non ab hominibus; neq; per homines*, sed à solo Deo Patre, ac Domino nostro J. Christo, Gal. c. 1. vers. 1.

4. Notanda *Theoremata*.

I. Solis *Patriarchis & Prophetis in* V. *& Apostolis in* N. T. *vocatio immediata competebat*. Sic *Moses* vocatur *Exod.* 3. *v.* 6. 7. 8. 9. 10. Samuel 1. *Sam.* c. 3. *v.* 4. 6. 8. 10. 20. 21. Esaias c. 1. v. 1. 2. Jerem. c. 1. v. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Ezech. 1. v. 3. c. 2. v. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 18. 19. 20. 21. c. 3. v. 2. Daniel c. 1. v. 17. c. 2. v. 19. c. 8. v. 1. Ose. c. 1. v. 1. 2. c. 3. v. 1. Joël c. 1. v. 1. Amos c. 1. v. 2. Obad. *vers.* 1. Jon. c. 1. v. 1. 2. Mich. c. 1. v. 1. & 2 Par. 18. v. 12. 13. 27. Jer. 26. v. 18. Nahum c. 1. v. 1. Habac. c. 1. v. 1. c. 2. v. 1. 2. Sophon. c. 1. v. 1. Hagg. c. 1. v. 1. 2. 3. c. 2. v. 1. 2. Zachar. 1. v. 1. 3. 7. 8 c. 4. v. 2. 6. 7. 8. c. 7. v. 1. 4. 5. c. 8. 1. c. 9. v. 1. c. 12. v. 1 Mal. 1. v. 1. Huc pertinet vocatio Nathan 2. *Sam.* 7. v. 4. 5. 1. *Para.* 18. v. 4. Ahiæ Silonitæ, 1. Reg. 11. v. 29. c. 14. v. 2. Jeddi, 2 Par. 9. v. 29. c. 10. v. 15. 1. Reg. 13. v. 39. Semajæ, 2. Par. 12. v. 5. Azariæ c. 15. v. 1. Hanani c. 16. v. 7. Jehu, c. 19. v. 2. 1. Reg. c. 15. v. 35. Uriæ, Ier. 26. v.

20.

20. Jehasiel 2.*Par*.20.*v*.14. Eleazaris *ibid*. *v*.37. Zachariæ, *c*.24.*v*.20. Anonymi, 1.Reg.13.*v*. 1.2. Par.25.*v*.7.8.15. Oded, *c*.28.*v*.9. Eliæ 1. Reg. 17. Huldæ, 2.Par.34.*v*. 22. Eadem vocatione *Apostoli*, & *Evangelistæ*, ut & alii 70. vocati sunt, nimirùm ab ipso Christo *immediatè* Matth. 4. v.18. c.9. v.9. c.10. v.1.2.3.4.5. Luc.9. v.1. c.10. v. 1.3. Joh.1. v.37. 43. Act.1. v.24. c.9. v.11. 12. c.13. v.2.3.4. Rom.1. v.1.5. 1. Cor.1. v.1. Gal.1. v. 1.11. 12.15. 1. Tim.1. v.1.

II. *Vocatio immediata tripliciter peragi solebat* (1.) nullo intercedente medio, quoties Prophetæ & Apostoli divino *mandato*, *visionibus* (Act.16.v.9.10.) ac *voce* vocabātur (2.) intercedente *declaratione* per vocem *humanam*: hoc pacto vocatus erat *Elisæus*, 1. Reg. 19. *v*. 16.19.20. 21. & *Aaron*. Exod.4.*v*.14. *Psal*.105.*v*.26. (3.) intercedentibus *sortibus*, qualis vocatio erat *Matthiæ*, Act.1.v.24.25.26.

III. *Immediatæ vocationis evidentia erant* κριτήρια *sequentia*: 1. θεοπνευστία, ac immediatus Spiritus S. *afflatus*. 2. Par.36. v.12. Ose.12. v.10. Jerem. 30. v.1. 2. 2. Pet.1. v.21. 2. Tim.3. v. 16. ac θεοδιδασκαλία, *divina institutio* 2. Cor.12. v.4. Act.2. v.19. ex Joël 2. v.30.

2. θεοπεμπτεία, divina ad docendum *mißio*, Jer. 26. v. 12. 15. Act. 26. v. 16. 17. 18. eaq; non ad *certum* locum restricta; sed *ad gentes plurimas directa*, uti videre est exemplo *Esaiæ*, *Ieremiæ*, *Ezechielis*, *Amos*, *Obadiæ*, *Ionæ*, *Nahum Habacuc*,

bacuc, *Sophoniæ* &c. qui Conciones vel vaticinia sua ad *plurimas* gentes direxerunt, vide *Esa.* c. 13. & 14. contra *Babel* & *Assur* (ut & c. 33.) c. 15. contra *Philistæos* c. 16. contra *Moab.* c. 17. contra *Damascum* c. 18. contra *Æthiopiam* c. 19. contra *Ægyptum*, & c. 20. c. 21. contra *Edomeos* & *Arabes* c. 23. contra *Tyrum* c. 34. contra *omnes gentes*, ac Ecclesiæ *hostes*. Sic *Ierem.* c. 25. v. 12. vaticinatur contra *Babel*, & universam *Chaldæam*, imò contra *omnes gentes*, v. 13. 14. 15. 16. 19. 20. 21. 22. usq; ad finem c. 26. v. 8. c. 27. v. 3. sequ. c. 44. contra *Ægyptum* & *Pharaonem* v. 27. 28. 29. 30. ut & c. 46. contra *Philistæos*, *Tyros*, *Sydonios* c. 47. contra *Moabitas* c. 48. contra *Ammonitas*, c. 49. ut & *Edomeos*, *Syros*, *Arabes*, & *Elamitas*; contra *Chaldæos* c. 50. c. 51. Sic *Ezechiel* vaticinatur contra *Ammonitas*, *Moabitas*, *Edomeos* & *Philistæos*, c. 25. v. 1. 2. 3. 8. 12. 15. contra *Tyrum* c. 26. v. 27. c. 28. usq; ad vers. 20. contra *Sydonem* v. 20. sequ. contra *Pharaonem*, & *Ægyptum* c. 29. v. 30. (& *Æthiopiam* ibid. v. 4.) c. 31. c. 32. *Assur* ibid. v. 22. *Elam* v. 24. *Mesech*, *Thubal* v. 26. & sequ. *Edom*, v. 29. c. 35. contra *reliquas gentes* c. 36. *Gog*, & *Magog*. c. 38. 39. Similiter *Amos* vaticinatur contra *Syriam*, *Philistæos*, *Tyrum*, *Edom*, *Ammonitas* & *Moabitas*, c. 1. *Obadia* vaticinatur contra *Edom*, vel *Esavitas*: *Iona* mittitur ex Judæa ad *Ninivitas*, contra quos etiam vaticinatur c. 3. *Nahum* vaticinatur contra *Niniven.* & *Assur* c. 1, & 2, 3. *Habacuc*

contra

contra *Chaldæos* c. 3. Sophonias contra *Philistæos, Moabitas, Æthiopes, & Assyrios* c. 2. Sic *Apostoli* ablegantur *in universum mundum* Matth. 28. v. 19. ac docendo peragrarunt omnes regiones sub sole 2. *Cor.* 2. *v.* 14. *Rom.* 10. *v.* 18. *Colos.* 1. *v.* 6. 23. curamq; gesserunt *omnium Ecclesiarum*, 2. Cor. 11. v. 28. Eph. 3. v. 8.

3. *Doctrinæ infallibilitas* 1. ob *immediatam* Spiritus S. inspirationem 2. Ejusdem *institutionem*; & 3. ob conjunctam *virtutem* divinam, quâ dirigitur: Cape a. hæc de Prophetis & Apostolis *in officio prædicandi, & scribendi* versantibus; aliàs erravit *Aaron* Exo. 32. v. 2. & *Petrus* Gal. 2. v. 11. 14. in *moribus*: insuper *Apostoli* ante Christi resurrectionem, & pòst, ante opulentissimam Spiritus S. effusionem, *Matth.* 16. *v.* 23. *c.* 20. *v.* 24. 26. *Luc.* 22. *v.* 24. *c.* 24. *v.* 21. 25.

4. *Peculiaria Spiritus S. dona, & testimonia*; quæ ceu sigilla erant illius divinæ doctrinæ. Ad *dona* refertur 1. *Sapientia* irresistibilis 2. *Lingua* invincibilis. 3. *animus* imperterritus, *Esa.* 49. *v.* 2. Jer. 1. *v.* 9. 16. 17. 18. *Mich.* 3. *v.* 8. *Matth.* 10. *v.* 18. 28. *Luc.* 21. *v.* 15. *Act.* 26. *v.* 17. 2. *Cor.* 10. *v.* 6. 8. 4. *futurorum* prædictio, ac præscientia infallibilis, uti constat ex prædictione Prophetarum, & Apostolorum, *Rom.* 11. *v.* 25. 2. *Thess.* 2. *v.* 3. *Act.* 27. *v.* 22. 23. 24. 1. *Tim.* 4. *v.* 1. 2. *Pet.* 2. *Apocalyps.* c. 5. *v.* 3. 8. & *seq.*

Ad *testimonia* spectat 1. *Miraculorum* patratio, quæ tamen non semper doctrinæ infallibilita-

libilitatem comitabatur. De plerisq; enim Prophetis nulla commemorantur miracula, v. g. de *Osea, Sophonia, & Haggeo*. Sic Johanni *Baptistæ* nullum adscribitur miraculum, Joh. 10. v. 41. citra doctrinæ veracis dispendium 2. Scripturæ *prædictio*, Sic de Johanne Baptista *prædictum* est Esa. 40. v. 3. Mal. 4. v. 5.

IV. *Immediata vocatio locum habuit*, 1. *in Ecclesia constituendâ, vel plantandâ* 2. *ab erroribus Pseudodoctorum repurgandâ*. Id probatur ex *praxi Prophetarum*, qui ad repurgandum, & restaurandum cultum divinum divinitus mittebantur: illud v. ex *praxi* Patriarcharum in V. & Apostolorum in N. T.

V. *Vocatio Immediata, post Apostolicam Evangelii propagationem penitùs cessavit*: ideoq; hodiè non amplius speranda, expectandave, ob defectum promissionis divinæ.

VI. *Vocatio immediata nunc non est necessaria*, ratio, quia Ecclesia jam est *plantata* ubiq; terrarum: 2. quia Deus Ecclesiam *alligavit ad verbi divinitùs* patefacti Canonem, per Prophetas, & Apostolos consignatum: adeò, ut siquis diversam à doctrinâ Propheticâ, & Apostolicâ prædicare sategerit, anathematis fulmine percutiatur, *Gal. 1. v. 8. Iussus* servare formam sanorum verborum 2. *Tim.* 1. *vers.* 13. (vel τύπον διδαχῆς Rom. 6. *v.* 17.) ceu depositum pretiosum ibid. *v.* 14. & 1. *Tim.* 6. *v.* 20. contra peregrinas doctrinas, 1. *Tim. c.* 1. *v.* 3. 4. *c.* 6. *v.* 3. 2. *Tim.* 2. *v.* 16. *Hebr.* 13. *v.* 9.

5. Media-

5. *Mediata vocatio est, quæ peragitur per ordinaria media, adeoq; per homines idoneos ad id negotium delectos certo ordine, & legibus verbo Dei expreßis:* ita describente *Dn. Menzero in Exeges. p. 64. ex 1. Tim. 3 v. 1. Tit. 1. v. 5. Act. 6. v. 3. sequ.*

6. Estq; vel *Extraordinaria, vel ordinaria.*

7. *Extraordinaria est, quâ certi, iiq; pauci divinitùs excitati, ac peculiaribus donis instructi, corruptelas in Ecclesia publicè receptas taxarunt, & puritatem cultus restaurarunt.* Quò pertinet *Vocatio B. Lutheri*: quam non *immediatam*; sed *Mediatam*, cum modo tamen *extraordinario* conjunctam, pronunciamus:

1. Quia ordinatus erat *Presbyter* ab *Episcopo* suo A. 1507. ætatis verò 24. 2. *quia vocatus* ad *Presbyterium*, & *Profeßionem Theologicam Witebergæ*, à Johanne *Staupitio*, Augustinianorum Generali A. 1508. accedente *confirmatione* & consensu *Electoris Saxoniæ Friderici* p. m. *Solemniter* etiam à Senatu *Witebergensi* erat vocatus *per literas*, ad *Presbyterium* (utut invitus, sicuti fatetur ipsemet *Lutherus*: Jch hatte wol 15. argumenta / mit welchen ich *D. Staupitz* meine *vocation* wolte abschlagen / aber es halff nicht / da ich sagte Herr *D. Staupitz*, jhr bringet mich vmb mein Leben. Da sprach Er: wollan in Gottes Nahmen / vnser Herr Gott hat grosse geschäffte / er darff droben auch kluger

 Leüte)

Leute) uti legere est *Tom. 9. Witeberg. fol.* 104. 3. *quia* in solemni *Doctura actu*, ex instituto universi conventus *Augustiniani*, potestatem adeptus, *veritatem* doctrinæ cœlestis, contra quosvis sectarios, vivâ voce, & scriptis defendendi: imprimis verò in *actu Licentiatus* juravit, quod veritatem Evangelicam pro virili defendere nunquam neglecturus sit 4. *quia* ipsemet B. *Lutherus* suam vocationem Mediatam fuisse agnoscit passim ut *Tom. 2. Ienens.* Germ. f. 279. 451. *Tom. 5. Ienens. Germ.* super Psal. 82. v. 4. *Commentar.* super Galat. c. 1.

8. Quod *deinde* aliquid *extraordinarii* concurrerit in B. *Lutheri* vocatione, evincit 1. *prædictio* de *reformatione* B. Lutheri, eandem longè antegressa, non tantùm *Iohannis Hußi*, & Hilteni, (vid. Apolog. A. C. in abusib. cap. d. Vot. Monast.) verùm etiam *Spiritus S. Dan.* 8. v. 25. c. 11. v. 44. *Ier.* 51. v. 48. *Mal.* 4. v. 5. 2. *Thess.* 2. v. 8. *Apoc.* c. 14. v. 6. 2. Admiranda, *& excellentia* Lutheri *dona* 3. *Animus* ipsius *Heroicus*, ac imperterritus, in maximis insuper periculis 4. admirandum *præsidium divinum*, adversus insidias, & violentiam hostium 5. *Vaticinia* B. Lutheri de rebus futuris: qualia *Dn. Gerhar.* Loco de Ecclesia, ex libello peculiari recenset §. 300. 6. *felicißimus & stupendus* Evangelicæ prædicationis *successus*; vide *Tom. 1. Ienens.* Germ. *contra Emserum*, f. 408. Tom. 2. Jenens. Germ. f. 71. Quæ verò in contrarium objicere

solent

solent Pontificii; nervosè expedita dederunt. Dn. Gerhard. L. de Eccles. c. 11. & de Minist. Eccles. c. 3. sect. 8. p. 215. sequ. Dn. Nicol. Hunn. de Ministerio Lutheranorum, contra Lantzelotum, in gemino tractatu: ut & Dn. Meisner. in Apolog. contra Hermann. Hugen. Ios. disp. 11. 12. 13. 14.

8. *Ordinaria vocatio Mediata est, quæ post Apostolorum tempora antiquitùs in Ecclesiâ ordinariè obtinuit; hodieq; obtinet in nostris Ecclesiis, ex præscripto divino 1. Tim. 3. v. 1. Tit. 1. v. 5. &c.*

De qua Theoremata.

1. *Vocatio Mediata Ordinaria est æquè divina* 1. *quia* tribuitur ipsi Deo, ceu auctori, *Esa.* 41. *v.* 27. *Ierem.* 3. *v.* 15. *c.* 23. *v.* 4. Deo *Patri* quidem, *Matth.* 9. *v.* 38. Deo *Filio* *Eph.* 4. *v.* 11. 1. *Cor.* 12. *v.* 28. *Colos.* 4. *v.* 17. Deo *Spiritui* S. *Act.* 20. *v.* 28.

2. *Quia* divinam habet de Efficacia salutari adnexam *promißionem* 1. *Cor.* 3. *v.* 4. 8. 7. *c.* 15. *v.* 58. 2. *Cor.* 3. *v.* 6. *Eph.* 4. *v.* 12. 1. *Tim.* 4. *v.* 15. 16. 2. *Tim.* 1. *v.* 6. 7. 8.

3. *Quia* officium Ministerii, præsertim arguendi ipsi Deo Spiritui S. vendicatur *Ioh.* 16. *vers.* 8.

4. *Quia* Deus juri suo minimè renunciavit, tradendo Ecclesiæ potestatem idoneos vocandi Ministros, sed id integrum & inviolatum sibi reservavit: utut per media illud exequi velit. Semper namq; manet Dominus

Meſſis in *Mediata* inſuper miniſtrorum vocatione. Hinc Miniſtri Eccleſiæ poſſunt vocari *Dei homines*, exemplo *Thimothei* 1. Ep. ca. 6. verſ. 11.

II. *Vocatio Mediata ordinaria non eſt arbitraria; ſed maximè neceſſaria* 1. quia nemo in Eccleſia *audiendus*, aut *honorandus*, niſi legitimè vocatus, *Ierem.* c.23.v.21.c.27.v.9.14. *Rom.*10.v. 15.*Hebr.*5.v.4.

2. Ut conſtet, *Deum poſuiſſe verba* ſua in os Miniſtri Eſa.c.51.v.16.c.59.v.21.2.Cor 5.v.18. & 19.c.2.v.10.12.17.c.13.v. 3.Rom.15.v.18.

3. *Propter certitudinem protectionis* divinæ Eſa.49.v.2.3.4.8. c.51.v.16. 2.Cor 2.v.14.c.1. v.9.10.21.22.

4. Propter *munia officij majori cum diligentiâ fide, & alacritate peragenda*; ne facilè quis *vel* frangatur animo, *vel* abſterreatur 2.Cor.4.v.1. 2.7.8.9.10.11.12.15.16.17.c.5.v.5.6.9.11.12.13.c. 6.v.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.c.7.v.3.4.5.6.11.c. 13.v.9.

5. Propter *reverentiam*, & obedientiam *auditorum* erga miniſterium, 2 Cor.10.v.1.2.4. 5.6.7.8.12.13.14.15.18.c.12.v. 11.19.20.21. c.13. v.10.Gal.4.v.14.Tit.2.v.15.

6. Propter *felicem* ſucceſſum divinitùs ſperandum. 1.Cor.15.v.58. Nam *qualis vocatio, talis ſucceſſus*, uti cordatè pronunciavit *Dn.Chemn.* L. de Eccleſ. c. 4. fol. 130. adducto *Origenis* exemplo, eum ſine vocatione ſe ingeſſiſſe in officium

officium docendi, & inde factum esse quod in tot errores sit prolapsus.

III. *Vocatio legitima non est sortibus committenda* 1. ob defectum mandati divini 2. ob ambiguum sortis eventum 3. ob dignitatem Ministerii 4. ob consultationem in vocatione adhibendam.

IV. *Vocatio Mediata ordinaria Ministros verbi ad certam ac specialem Ecclesiam restringit.* Probatur 1. ex *praxi* primævâ: Nam *Præsbyteri* leguntur constituti per singulas Ecclesias, Act. 14. v. 23. Sic *Titus* jubetur *Cretæ* oppidatim constituere Presbyteros Tit. c. 1. v. 5. ex *Pauli* ordinatione. Confer 1. Pet. 5. v. 2.

2. Ex *decreto Concilii* Chalcedonensis, Can. 6. ut & cautelâ *Gratiani* Can. 16. ubi statuitur, neminem absolutè Ordinari debere, nisi ad certam, & specialem Ecclesiam. Proinde *vigore vocationis Mediatæ, Ministri non habent potestatem docendi in aliis Ecclesiis, ad quas non habent specialem Vocationem.* Consule Luthe. Tom. 3. *Witeberg. &* Tom. 4. *Lat. Ien. fol.* 18.

V. *Vocatio Mediata ritè proficiscatur*, (a) *à totâ Ecclesia* (b) *præmissis precibus* & (c) *servato ordine debito* H. e. 1. à *presbyterio* 2. *Magistratu*, & 3. *populo*. Duplex jus est (vel potestas) vocandi Ecclesiæ ministros 1. *summum*, primarium ac magisteriale, authenticum, & independens seu illimitatum, vel αὐτοκρατορικόν, quale ipsius Dei esse; modò innuebamus Axiom. 1.

2. *Delegatum*, vel *secundarium*, à priori dependens, eiq; subordinatum est *Ecclesiæ totius* (vel hominum ad Ecclesiam, ceu membrorum pertinentium)

Probatur (1.) à *potestate* clavium Ecclesiæ commendatâ à Christo, Matth. 16. v. 19. c. 18. v. 18. Ad potestatem n. clavium pertinet potestas vocandi, & constituendi Ministros Ecclesiæ (2.) à *probatione* Doctorum & Spirituum, Matth. 7. v. 15. Gal. 1. v. 9. 1. Thess. 5. v. 19. 21. 1. Joh. 4. v. 1. 2. Joh. v. 10. (3.) ab *Appellatione* Præconum: dicuntur n. Ecclesiæ ministri, 1. Cor. 3. v. 21. 22. 2. Cor. 1. v. 24. 1. Pet. 5. v. 2. 3. (4.) à *praxi* Apostolicâ Act. 1. v. 23. c. 6. v. 3. c. 14. v. 22. 23. (5.) à *praxi* primitivæ Ecclesiæ, observata 1. in Conciliis, *Niceno* in Epist. Synod. refer. *Theodoret. lib. 1. Hist. Eccles. c. 9.* Carthaginens. III. *Can.* 72. & IV. *Can.* 22. (ne Episcopi sine Civium assensu, & testimonio Clericos ordinent) Nanatensi apud *Ivonem Carnutens. lib.* 3. *de consecrat. Episcop. &* Gratian. c. *Quando dist.* 24. Toletano 12. *Can.* 6. Sardicensi *apud Grat.* c. *si forte dist.* 65.

2. *Patrum Effatis*: Cypriani *lib.* 1. *Epist.* 2. & 4. Origen. Hom. 6. *super Levit.* c. 8. Ambros. *lib.* 10. *Epist.* 82. Chrysost. *lib.* 3. *de Sacerdot.* (omnes vocationes vocat irritas, institutas sine populi suffragio, ἄνευ λαῶ συνέσεως) Isidor *lib.* 2. *de offic. Eccl.* c. 5.

3. *Exemplis* apud *Cyprian. lib.* 1. *Epist.* 4. in ordina-

ordinatione *Sabiniani*, sui Collegæ; in electione *Athanasii* ad Episcopatum calculo plebis, apud *Nazianz. serm. de laud. Athanas.* in successione *Petri* in locum *Athanasii*, votis & calculis, immò acclamationibus populi, apud *Theodoret. lib. 4. Hist. Eccles. c. 20. Niceph lib. 1. c. 26.* In *Ambrosii* adhuc Catechumeni vocatione ad Episcopatum Mediolanens. suffragio Imperatoris *Valentiniani*, & *omnis* populi consensu, ac voce veluti divinitus emissâ, apud *Socrat. lib. 4. Hist. Eccl. c. 25. Theodor. lib. 4. d. l. c. 6.* in designatione *Evadii* in locum *Augustini* Episcopi Hipponensis, acclamante omni populo, apud *Augustin. Epist.* 110. in *Nectarii* vocatione ad præsulatum *Constantinopol.* non sine nutu ac jussu *Theodos.* Imperat. & *totius* civitatis approbatione, in *Concilio* II. *Generali Constantinop. apud Theodor. l. 5. c. 9. Sozom. l. 7. Hist. cap. 8.*

9. Quæ quidem praxis duravit ad tempora *Caroli M. & Ludovici pii Imperat.* usitata in Ecclesiis *Orientalibus*, *occidentalibus & septentrionalibus*, nec non *Australibus*; uti fusè deducit ac probat *Dn. Gerhard d. l. de Minist. Eccl. c. 3. Sect. 4. à pag. 165. 166.*

4. *Pontificum* rescriptis & decretis, quæ prolixè recitat Dn. *Gerhard. d. l. p. 154. 155. sequ.*

10. (*b*) *Alterum* requisitum vocationis mediatæ ritè peragendæ est *ardens precatio* to-

tius Ecclesiæ, pro Operario vineæ digno impetrando 1. ex Christi jussu *Matth.* 9. *v.* 38. 2. ejusdem *exemplo* Luc. 6. v. 13. 3. ex *praxi* Apostolorum, Act. 1. v. 24. c. 6. v. 6. c. 13. v. 3. c. 14. v. 23. (ubi orationi *jejunium* adjungitur: qui mos hodieq; in plerisq; Ecclesiis obtinet: præsertim apud Belgas: vide *Harm. Synodorum Belgicarum* c. 1. §. 4.) Vid. infra §. 25. huj.

II. (c) *Tertium* est, quod in legitimâ vocatione spectatur εὐταξία, seu *observatio debiti ordinis*: Ad evitandam igitur confusionem, negotium vocationis à certis & præcipuis membris, totius Ecclesiæ consensu institui debet. Ubi n. Regimen Ecclesiæ est Aristocraticum (non Monarchicum, nec Democraticum) ibi vocatio & Electio Ministrorum debet esse Aristocratica, paragiq; ab Optimatibus cujusque Ordinis.

Primæ debentur partes *Presbyterio*: Probatur in *genere* ex 1. Timoth. 4. v. 14. c. 5. v. 22. 2. Tim. 2. v. 2. (non exclusis tamen reliquis Ecclesiæ membris, ad exemplum Act. 1. v. 23. (15.) 24. c. 6. v. 2. c. 13. v. 2. c. 14. v. 22. In *Specie* verò 1. ex Hebr. 13. v. 7. ubi Presbyteri vocantur *Duces*: ideò, quod in rebus Ecclesiasticis voce, & consilio suo reliquis debeant præire, eosq; ducere, non autem ab illis duci 2. ex *praxi* Apostolicâ, Act. 11. v. 15. 16. 21. (ubi primæ partes presbyterio deferuntur in deliberationibus) c. 14. v. 23. (ubi *Paulus*, & *Barnabas* Iconii, Lystræ &

Antio-

Antiochiæ constituerunt Presbyteros) confer Tit. 1. v. 5. (ubi Titus Ecclesiasticarum Electionum & vocationum *Gubernator & Moderator* esse jubetur) 3. ex *praxi* primitivæ Ecclesiæ apud Cyprian. *lib.* 1. Bernhard. *Epist.* 202. vide *Gratian. Distinct.* 24, 62. 4. quia de Ministrorum qualitate nemo adeò exquisitè judicare potest, quàm *presbyterium*.

12. Porrò presbyterio competit 1. *Examen*, 2. *Ordinatio* & 3. *Investitura*.

13. De singulis notentur Canones: Primò de *Examine*.

1. *Examen Ordinationi necessariò præmittendum* 1. Tim. 3. v. 10. c. 5. v. 21. 22.

2. *In Examine explorari debet aptitudo vocandi ad ministerium* 2. Timoth. 2. v. 2. Sub qua *tria* comprehenduntur 1. σύνεσις πνευματικὴ seu ἕξις τοῦ μυστηρίου τῆς πίστεως *habitus* mysteriorum *fidei*, & purioris *doctrinæ* 1. Tim. 3. v. 9. vel sermonum *fidei*, bonæq; *doctrinæ* c. 4. v. 6. *fidei* non simulatæ 2. Tim. 1. v. 5. *formæ* sanorum verborum v. 13. ab Apostolis & Prophetis consignatorum c. 2. v. 2. nec non ἀνθεξις τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, Tenax habitus fidelis sermonis, qui sit secundum doctrinam, Tit. 1. v. 9. 2. δυναμις ἑρμηνευτικὴ, vel *docendi dexteritas*, ad quam *duo* requiruntur 1. σοφία, & *artificium* dextrè textum sacrum tractandi, interpretandi, disponendi

vel secandi 2. Timoth. 2. v. 15. 2. στόμα, donum *facundiæ* cum potentia *tùm* exhortandi per doctrinam sanam; *tùm* contradicentes convincendi, ac os eorum obturandi, Tit. 1. v. 9. Hinc & *Minister* jubetur esse διδακτικὸς, donis docendi pollens 1. Tim. 3. v. 2. 2. Tim. 2. v. 24. 3. *vita* inculpata, 1. Tim. 3. à v. 2. ad 10. Tit. 1. v. 6. 7. 8. ne aliqua detur offensio, nec reprehendatur ministerium 2. Cor. 6. v. 3.

3. *Examen tùm Concioni δοκιμαστικῇ seu probatoriæ; tùm præsentationi consultò præmittendum.* Illi quidem, ut majori cum confidentia Ecclesiæ sisti ob deprehensam aptitudinem possit vocandus in loco publico; Huic verò, ne habeatur in præsentationis actu pro idoneo, aliàs ineptus; & sic non sine confusione repulsam pati cogatur, utut literis præsentatoriis instructus.

4. *Examini illi insuper subijciendi, qui per translationem ex loco inferiori ad sublimius Ecclesiæ officium promoventur.* Quæ quidem consuetudo in Electoratu Saxoniæ laudabiliter observatur.

14. De *Ordinatione, quæ est actio publica & solemnis, in quâ, & per quam potestas docendi verbum* Dei, *Sacramenta administrandi, usum clavium exercendi, certæ personæ legitimè vocatæ à* Presby*terio* traditur, Canones.

1. *Ordinatio non est simpliciter necessaria* 1. ratione peculiaris *præcepti* divini 2. ratione

Effectus

Effectus h. e. characteris indelebilis, vel donorum ad ministerium necessariorum 3. suadente *casu* necessitatis, v. g. *obsidionis, pestis &c.*

2. *Ordinatio est vocationis legitimæ declaratio, & testificatio.* Semper E. præsupponit legitimam vocationem, ita, ut si nulla legitima vocatio præcesserit, nulla etiam ordinatio subsequi debeat.

3. *Ordinatio est cum* χειροθεσίᾳ *& precibus Ecclesiæ conjuncta.* Manuum impositio non ex *necessitate* mandati, vel medii cum efficaciâ conjuncti adhibetur; sed ex *libertate* Ecclesiasticâ, & ex more Ecclesiæ veteris, *partim* Gen. 27. *cap.* 48. *v.* 14. *Levit.* 1. *v.* 4. *Num.* 27. *v.* 18. 23. *Deut.* 34. *v.* 9. partim in *Novo Test. Act.* 6. *v.* 6. 1. *Tim.* 4. *v.* 14. *c.* 5. *v.* 22. 2. *Tim.* 1. *v.* 6. Propter certitudinem, declarationem, confirmationem legitimæ vocationis, ejusdemq; divinam approbationem per vocem Ecclesiæ.

4. *In Ordinationis actu conferuntur, & augentur Spiritus S. dona ad partes Ministerii necessaria*: non quidem ob manuum impositionem: id n. privilegium soli habent Apostoli, quod per χειροθεσίαν (non semper tamen) contulerunt visibilia Spiritus S. dona, Act. 8. v. 15. 17. 18. 19. c. 19. v. 6. sed ob *preces Ecclesiæ*, Matth. 18. 19. & Luc. 11. v. 9. 13.

5. *Ordinatio semel peracta, non est unquam iteranda*: juxta cautelam *Gregor. lib.* 2. *Epist.* 32. *ad Iohan. Ravennatensem* Episcop. Quod dicitis,

ctitis, ut is, qui ordinatus est, iterum ordinetur, valdè ridiculum est. Absit à fraternitate vestra sic sapere apud *Gratian. c. sicut semel, dist.* 68. Hinc tamen *casus hæreseos* excipitur; in quam siquis prolapsus, adeoq; ab officio remotus, pòst verò hæresi valedictum, ad pristinum, vel aliud officium vocatus fuerit; *jure* iterum *ordinandus* censetur, ex decreto *Concil. Nicen. Can.* 8. Consentiente *Augustin. lib.* 5. *de Baptism. c.* 23.

6. *Ordinatio fit nomine totius Ecclesiæ*; cujus n. nomine instituitur vocatio, ejusdem etiam ordinatio ad Ministerium. Distinguendum a. heîc inter Ordinationis *actum*, qui est totius Ecclesiæ; & *Executionem*, quæ ad Presbyterium spectat.

15. DE INVESTITVRA, quæ est *actus Ecclesiasticus solemnis, quo persona ad Ministerium legitimè vocata, & ordinata, Ecclesiæ, vel Gregi, cui præficienda est, per Presbyterium sistitur, ac prælectis confirmatoriis* literis solemniter introducitur.

1. *Investitura non est de Ministerii essentiâ vel substantia; sed libera Ecclesiæ Ceremonia.*

2. *Investitura pertinet ad jus Episcopale.* Quod quia per *Passaviensem* Transactionem Anno 1552. (quæ transactio confirmata est Augustæ Anno 1555.) ad Principes Augustanæ Confessioni addictos devolutum & translatum est; utiq; investitura simul summo com-

petit

petit hoc respectu Magistratui, nec illis quidem locis exceptis, in quibus jus *Patronatus* ad alios pertinet: ratio, quia *jus Episcopale jure Patronatus non tollitur, nec excluditur.*

3. *Investitura debet esse cum adhortatione tùm ad ministrum introductum; tùm ad auditores de futuro officio mutuò præstando directâ; nec non cum publicis ac seriis precibus, conjunctâ.* Reliquæ Ceremoniæ pro varietate locorum variant.

4. *Investitura toties repetenda quoties aliquis antehac ordinatus ad aliam Ecclesiam vocatur; vel ad sublimiorem officii gradum in eadem Ecclesiâ promovetur.* Quo pacto etiam differt ab ordinatione.

16. Quæritur heîc Utrum Investitura etiam à non Ordinato Theologo & presbytero bonâ conscientiâ peragi possit? Affirmativam cum adhibitâ distinctione tuebimur: meliora tamen demonstraturis cedere parati sumus.

17. *Secundæ* partes debentur *summo Magistratui*, eiq; *Christiano*, ac *pio*. Duo præcepta hocce asseruntur.

Primum, Magistratui partes vocandi ministros competere, præsupposito, Magistratum esse *Christianum*, & *sinceræ religioni addictum*. *Alterum* partes illas non esse *primarias*, sed *secundarias*. Quoad *prius*, non diffitemur, Apostolorum, & subsequentibus temporibus usq; ad *Constantinum Magnum*, Magistratus partes in electione, & vocatione Ministrorum Ecclesiæ

nulla,

nullatenùs fuiſſe requiſitas: idq; propterea, quia erat *infidelis*, & Eccleſiâ extorris: uti igitur pro membro Eccleſiæ genuinò haberi non debuit: ita ad electionem, vel vocationem Miniſtrorum Eccleſiæ requiri ratione conſenſus ſui non potuit: ratio, quia *Vocatio & Electio proficiſci debuit ab Eccleſia, ejusq; membris, non verò ab hominibus ab Eccleſiæ gremio alienis*. In Eccleſiâ itaq; adhuc *plantanda* nuſpiam legimus, partes aliquas vocandi ad Magiſtratum fuiſſe devolutas. Longè verò alia ratio eſt Eccleſiæ *plantatæ*, & præſertim, ubi Magiſtratus præſtò *religioni puriori eſt addictus*; ibi partes eligendi, ac vocandi Miniſtros Eccleſiæ, Magiſtratui denegari non poſſe inde planum evadit. *Primò*, quia Magiſtratus fidelis, & pius eſt non modò Eccleſiæ membrum; verùm etiam *nutritius* ejusdem *Eſa. 49. v. 23. Deinde*, quia eſt cuſtos utriusq; tabulæ. Ergò etiam religionis, ac cultus divini: ac proinde, uti inſpectio & cuſtodia Miniſterii, Magiſtratui pio competit; ita vocatio & Electio Miniſtrorum, eidem, cæteris paribus, denegari non poteſt. *Tertiò*, idem patet ex *praxi* primitivæ Eccleſiæ in V. T. exemplo *Davidis*, *Salomonis* *Ezechiæ*, *Ioſaphati*, *Ioſiæ*, & in N. T. de qua paulò ante. *Quartò*, hocipſum porrò ex igit jus *Patronatus* Eccleſiaſticum Magiſtratu competens, quale quidem minimè à Diabolo originem ſuam trahit; ſed Eccleſiaſticis Cano-

nibu

nibus introductum, & auctoritate piorum Imperatorum approbatum est. Vide *Auth. de Sacros. Episc. c. 18. & Novell. 57. c. 2.* differt à *civili jure patronatus* (quod in servos à se manumissos Domini, eorumq; liberi retinent, *tit. ff. de jure patronat.* & tit. C. *de bon. libert.*) siquidem iis duntaxat competit, qui *vel* fundarunt, *vel* extruxerunt, *vel* dotarunt Ecclesias, & ædes sacras. Hinc etiam ita describitur à *Matthia Steph. lib. 3. de jurisdict. p. 1. c. 17.* quod sit jus *honorificum, utile, & onerosum, competens alicui in Ecclesia pro eo, quod Diocæsani consensu Ecclesiam vel fundavit, vel construxit, vel dotavit.* Ecclesiasticum igitur Patronatum faciunt *Dos, ædificatio & fundus*: Vide explicat, fusiorem apud *Dn. Gerhard. de Minister. c. 3. sect. 5. p. 186. 187. 188.* Proinde Magistratui fideli denegari non possunt partes vocandi & eligendi Ministros Ecclesiæ, præsertim qui eam fundavit, ædificavit, & dotavit. *Quintò deniq;* Magistratui competit electio, & vocatio Ministrorum Ecclesiæ ob partes quasdam *juris* Episcopa*lis* ad Magistratum devolutas & restrictas. Nam vigore transactionis *Passaviensis* Anno 1552. ejusq; confirmationis Anno 1555. Augu*stæ* factæ, jus Episcopale ad Principes August. Confessioni addictos translatum est: cujus verò Exercitium Magistratui utut *fideli*, non *soli* in *totum* competit; sed in *tantum*; adeoq; ratione juris Episcopalis *quarundam partium*,

Magi

Magistratus, fidelis præsertim, à vocatione Ministrorum Ecclesiæ excludi non potest.

18. Quoad *alterum*, dicimus, Magistratui competere partes in vocatione Ministrorum Ecclesiæ *secundarias*: ratio, quia Magistratus non est *primarium*, vel *præcipuum* Ecclesiæ *membrum*; sed *secundarium*: Primaria n. Ecclesiæ membra sunt, *primò* Christus, ceu caput & fundamentum, nec non lapis angularis, *Eph.* 4. *Col.* 1. 1. *Cor.* 3. deinde *Ecclesiæ Ministri* cum suis ordinibus, ut sunt *Apostoli*, *Prophetæ*, *Doctores*, *Pastores*, Eph. 4. v. 11. 12. *tertiò* collocantur *Potestates*, seu *Magistratus* 1. Cor. 12. v. 28. Hinc *Heshusius* inter paradoxa numerare non dubitat quorundam dogmata 1. Die Weltliche Obrigkeit sey das Fürnemste Glied der Kirchen Christi 2. Die Weltliche Obrigkeit habe / vermöge jhrer Weltlichen Herrschafft / frey / vnd Gerechtigkeit / Kirchendiener zuwehlen / zuberuffen / vnd aufzustellen: *ac subdit*: Das solt wol ein Stück sein von dem Bäpstlichen Keyserthumb! etc.

19. Cæterùm partes Magistratus circa Ministerii constitutionem consistunt in *Nominatione*, & *præsentatione* vocandorum.

Dictum est suprà: Exercitium juris Episcopalis

ſcopalis per transactionem ad Magiſtratum, Auguſt. Confeſſioni addictum devoluti, ratione quarundam partium, eidem competere: inter illas partes à plerisq; recenſentur, 1. Legum Eccleſiaſticarum *conſtitutio*, vel promulgatio; 2. Synodorum *convocatio* 3. vocandorum ad Miniſterium *nominatio*, & 4. *præſentatio*: reliquæ partes juris Epiſcopalis, unà cum *exercitio* ejuſdem pertinent *partim*, ad presbyterium; *partim* ad totum *Conſiſtorium*; *partim* deniq; ad *totam Eccleſiam*; uti ſtatim explicabitur. *Deinde* jus nominandi & præſentandi Magiſtratui ſupremo, eiq; fideli competit; ob jus *patronatus*, de quo ſupra, ex confirmatione *Iuſtiniani Imperat*: qui leges promulgavit circa *Annum* 540. Patronis Eccleſiæ *denominationem*, & *præſentationem Paſtorum tribuentes*: in *auth. de Sacroſ. Epiſc. c.* 18. & *Novell.* loco ſupra allegato: quæ quidem leges annis plus *quam* 600. compilationem juris *Canonici* anteceſſerunt, per *Gratianum* inſtitutam. De quo jure patronatus paſſim extant honorificæ B. *Lutheri* ſententiæ, præſertim *Tom.* 3. *Ienen. Germ. f.* 55. *Tom.* 4. *Ien. Germ. f.* 357. ubi aliorum inſuper Theologorum ſimile judicium approbativum deprehenditur.

20. De *Nominatione*, & *præſentatione* Canon:

I. *Magiſtratus nominatio, & præſentatio Miniſtrorum non debet 1. vergere in præjudicium preſ-*

byterii: 2. *violare jura Consistorii*, 3. *Ecclesiam liberâ Electione defraudare, & spoliare*; Ratio, quia Magistratus non est Ecclesiæ & Ministerii *Dominus*; sed *membrum*, Psal. 47. vers. 10. & 102. v. 23. idq; *Secundarium*: adeoq; sese habens, *vel* ut *nutrix*, Esa. 49. v. 23. vel ut *servus* tantùm, Esa. 60. v. 10. 13. Nil itaq; attentare debet circa Ministeriale negotium. *Primò*, contra præsbyterii *jura*, vel partes juris Episcopalis ad Ministerium pertinentes, ut sunt 1. *prædicatio* verbi 2. *administratio Sacramentorum*; 3. *potestas clavium*, adeoq; *excommunicatio Major, & Minor*; 4. rationes *Ecclesiasticæ*, *vulgò* die Kastenrechnung 5. *Examen* eligendorum; 6. *Ordinatio*, 7. *Investitura*. Imprimis non debet à Magistratu institui Ministrorum nominatio, & præsentatio, *citra & contra presbyterii judicium, & consensum*, multò minùs *Ordinatio & Confirmatio* per vim extorqueri presbyterio; sic enim incurrit crimen tùm *tyrannidis*; tùm *Sacrilegii*; ita pronunciante B. *Luthero*, Tom. 5. *Ien. Germ. f.* 358. (vel 327. juxt aliam edit.) ubi inter cætera sic scribit.

Denn die arge Leüte wollen darzu noch rühmen/vnd Lästern vns für den Landes Fürsten/ als wolten wir in jhr Weltliche Obrigkeit greiffen/ schelten vns damit Auffrührer/ vnd auffs allerhöchste / so jemandt zuschelten ist/da sie doch wissen

da

das sie daran vnrecht thun/ vnd Lügen.
Die sind Sacrilegi, nicht wie die/ so man
auffs Radt stosset / vmb gestohlen Kir-
chengut: welches wir leiden könten: sie
auch derohalben wol vngestraffet lassen:
Sondern solche Sacrilegi sind sie/ die
dem H. Geist sein Ambt vnd Ehre Rau-
ben/vnd sich selbst zum H. Geist machen/
weil sie jhres gefallens Prediger (ab/
vnd) einsetzen : selbs Pfarhern wollen
sein / vnnd das Predigambt bestellen:
So lernen sie das Evangelium! Præser-
tim, ubi presbyterium vel Ministerium
est intemeratum, sincerum, & vigilans
Pro animabus Ecclesiæ; tanquam ratio-
nem redditurum Christo supremo Eccle-
siæ Domino, Hebr. 13. v. 17. In quam
sententiam *Lutherus* Tom. 6. f. 376. sic
scribit: Nach dem vnser Evangelium/
vnd Lehre auffs höhest dahin dringet /
das man die zwey Regiment / Weltlich/
vnd Geistlich wol vnterscheide / vnnd ja
nicht in einander menge / wo nicht hohe
noth oder mangel der Personen / solches
erzwinge / das ist / wo Personen da
sind/die das Rathhauß/ vnd Stadt

regieren / vnd wiederumb / die das Pfarambt / vnd Kirchen versorgen / sol kein theil dē andern in sein Ambt greiffen / oder fallen / Sondern einem jeglichen das seine auff sein gewissen lassen befohlen sein etc. Proinde multis modis honorificum esset Magistratui, si in consilium adhiberet presbyterium (presbyterium inquam, non verò unicum presbyterum: uti quidem non sine præjudicio, & contemtu reliquorum ex eodem ordine, plerumq; de facto fieri experientia testatur: ubi simul addimus, hoc pacto Ecclesiis minùs benè prospici, quoties Electio, & institutio ministrorum ab unius arbitrio, & nutu suspenditur: Oculi enim plus vident, quam oculus; & multa ex humanis affectibus, ac studio privati commodi facilè committi poterunt; quæ in detrimentum boni publici vergant; & cum norma æquitatis, caritatisque Christianæ pugnent, ut subticeamus, facto ejusmodi Papisticam consuetudinem circa hoc negotium stabiliri; cui proprium est, unicum Papam loco Ecclesiæ agnoscere ac salutare) priusquam præsententur, & proponantur personæ denominandæ & eligendæ; *vel* eidem partes *electionis* in totum deferret, exemplo *Valentiniani, Caroli, & Ludovici Imperat, Dist.* 63.

alio-

alioquin corrupto Ministerio; vel negligente; Magistratui (si fidelis fuerit) ex officio, & pio Zelo competit, uti Ecclesiæ curam gerere, ita Ministros vocare, & eligere, exemplo piorum Regum, & ducum in V. & N. T.

21. *Deinde* contra jura *Consistorii*, ut sunt *dijudicatio* caussarum Ministerialium, & Ecclesiasticarum; 2. Matrimonialium; 3. *Visitatio* Ecclesiarum, & 4. *inspectio*; quæ quidem praxis laudabiliter in Ecclesiis Germaniæ obtinuit in defectu Episcoporum.

22. *Deniq;* in fraudem, & detrimentum Ecclesiæ: H. e. Magistratui soli ob jus patronatus non competit vocare Ecclesiæ Ministros, multò minùs invitæ Ecclesiæ obtrudere: Ratio 1. quia jus vocandi Ministros ad totam spectat Ecclesiam: ac proinde *nec jure Episcopali, nec patronatus Ecclesiasticis Canonibus introducto, præjudicare potest potestati jure divino toti Ecclesiæ in Ministrorum Electione competenti* 2. quia etiam servari debet discrimen inter regnum Christi, & regnum Politicum, Joh. 18. vers. 36. vocatio autem & constitutio Ministrorum non *pertinet ad Regalia Magistratus, vel ad jus Politiæ*; sed ad regnum Christi, vide Luther. Tom. 6. f. 376.

23. *Tertiæ*, ac postremæ partes in vocatione, & electione Ministrorum Ecclesiæ, debentur *plebi*, idq; ratione *approbationis*; probatur 1. ex *praxi* primitivæ Ecclesiæ, Act. 1. v. 15.

16. 23. 26. c. 6. v. 3. 5. 6. 2. Cor. 8. v. 19. 2. ex *jussu* Spiritus S. 1. Cor. 14. v. 29. 31. Plura pe- tantur ex suprà dictis, & præsertim ex *Chemn* *part.* 2. *Examin. Concil. Trident. p.* 410. 411. 412 413. de Sacramento ordinis.

24. Circa plebis *consensum* teneantur Ca- nones:

I. *Partes suas populus non tenetur tumultuari expedire; sed per Optimates.* Vix n. citra confu- sionem, & tumultum hoc fieret; Unde Canon *Loadiceus* sanxit; *Non esse permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi.* Et *dist.* 62. habetur, *quod populus sit potiùs docendus, non sequendus.* Honoratorum verò partes semper in vocatione erant requi- sitæ: uti constat ex *Decreto Leonis.*

II. *Populo negotium de eligendo, & vocando ministro tempestivè ex suggestu publicitùs debet in- notescere.* Duplici quidem de caussa: 1. ut e- *ardentiùs* oret pro fideli Ecclesiæ Ministro im- petrando; quo fine simùl cum oratione jeju- nia indicta fuisse antiquitùs observavimus su- prà: quæ praxis cum hodiè in nostris Ecclesii- cessarit; Mirum non est, quod vota Ecclesi- successus minùs auspicati excipiant: 2. ut Ec- clesia tota *tempestivè* suffragia mutuò de insti- tuendâ tùm sincerâ doctrinâ; tùm vitâ confer- re possit; & si aliquid habeat, de quo vocan- dum moneat; presbyterio & Magistratui si- gnificet, *Praxin* ejusmodi apud antiquos Chri- stiano

ſtianos frequentatam commemorat *Lampridius* in vitâ *Alexandri*, quod nomina vocandorum, & ordinandorum publicitùs proponi, & proclamari conſueverint, additâ commonefactione, ut, ſi quis haberet contra ordinandum, id proferret & proponeret: qualis quidem ritus non abſimilis hodierno circa copulandos in noſtris Eccleſiis obſervari ſolito, eſſe videtur.

III. *Plebis approbatio non ſit temeraria.* H. e. Non debet *vel* legitimo presbyterii judicio; *vel* Magiſtratus nominationi, ac præſentationi, quicquam, citra prægnantes rationes derogare. Sæpè enim accidit, ut vel ex *ignorantia*; vel ex *affectu* plebs iners in transverſa abripiatur, neq; ſecus de Miniſtrorum Qualitate, ac cœcus de colore judicare poſſit. Tunc igitur populus *non ſequendus*; ſed *docendus*: ubi etiam presbyterium cum Magiſtratu ſeſe opponere debet plebi: ad exemplum in electione *Ambroſii* conſpicuum; *Nectarii* apud *Sozom. lib. 7. c. 8. &c.*

DE MATERIA Miniſterii.

25. *Materia* Miniſterii ſunt *certæ perſonæ in Eccleſiæ gremio educatæ, & conſtitutæ*; de quibus Canones:

1. *Soli masculi* (non autem fæminæ) *ad Ministerium Ecclesiasticum vocandi, vel eligendi:* Mulieribus partes Ministerii neutiquam concedit Scriptura S. uspiam, sed potiùs in Ecclesia silentium imperat *1. Cor. 14. v. 34 1. Tim. 2. vers. 12.* 1. *quia* fæminæ debito legis & naturæ viris sunt subditæ *Gen. 3. v. 16.* E. in conspectu & cætu virorum loqui eis nefas, interprete *Ambrosio:* 2. *quia* loquendo publicè agerent contra humilitatem & *verecundiam;* 3. quia genus fæmineum est *lubricum, & erroneum*, atq; intellectu humili præditum, apud *Epiphan. hæres.* 79. Ideoq; 4. facilè suaderent *peccatum*, judice *Anshelmo;* 5. quia *loquacitas* in sexu fæmineo est ferè *nimia*, teste *Chrysost. homil. 9. Epist. 1. ad Tim.*

2. *In personis vocandis & eligendis*

gendis est delectus adhibendus. Inprimis respiciendum erit ad Qualitates personarum vocandarum, *partim* exteriores, ne sint monstrosæ, vel mancæ, alterutrâ manu privatæ; sicq; ad Sacramentorum, præsertim baptismi administrationem ineptæ, reliqui defectus naturales, qui quidem in V. T. remoras ad ministerium injiciebant singulari DEI mandato, *Levit.* 21. hodiè non adeò observantur sub N. Test. ut sunt claudicatio, gibbositas, luscities, vel lippitudo oculorum, Morbis verò incurabilibus infestati, iisq; contagiosis, ad Ministerium vocari non debent, v. g. *cancro* laborantes, vel *leprâ*, vel *simili* malo; *partim* interiores, quales sunt tùm *dona* noticiæ, & eloquentiæ, tùm *mores* inculpati: de quibus omnibus anteà dictum: ex 1. Timot. 3. & Tit. 1.

3. *Neophytus Ecclesiæ non præficiatur*. Per *Neophytos* intelliguntur recens Sacris initiati, vel ad fidem Christianam conversi: Tales E non debent Ecclesiæ præfici, 1. Tim. 3. v. 6. ratio ibidem additur, ne inflatus in condemnationem incidat Calumniatoris. Si tamen diversum suaserit necessitas, dotesq; *Neophyti* eximiæ spem sponderent meliorem, creari poterit *Neophytus* Ecclesiæ minister, exemplo *Ambrosii* in Episcopum creati, cùm adhuc esset Catechumenus, anteq; susceptum baptisma.

4. *Nemo invitus ad officium Ecclesiasticum trahatur*, judice Augustino contra Manich.

5. *Nemo privato ausu ambiat Ministerium*, idq; exerceat; sed *vocationem, & missionem divinam expectet*. Matth. 9. 9. Rom. 10, 5. Ier. 23. c. 27. Luc. 10.

6. *Nemo*

6. *Nemo admittatur ad Ministerium sine prævio testimonio, aut judicio presbyterii* ex 1. Tim. 3.

7. *Nemo citra consensum Pastoris alicujus loci, vel emerito succedat, vel Diaconatum ambiat; vel expectativam suscipiat.*

8. *Nemo vel in defuncti, vel remoti ob flagitia locum surrogetur ob solam connubiorum sponsionem, invito imprimis presbyterio.* Non culpatur omninò modus promovendi per connubia: hæc verò sola nequacuam pro legitimo medio vocations haberi possunt, debentve ad Mnisterium Ecclesiasticum: præsertim, ubi delectus aliorum magis idoneorum in promtu. Tunc factâ profectuum exploratione à presbyterio, doctrinâ & donis præstantior omninò ad Ecclesiæ munus *jure* promovendus, nequaquam verò post-

postponendus: ita suadente & *aequitate*; *& jure* divino, & *bonâ conscientiâ*; quæ hac in parte curare tenetur plùs *commodum* ac *bonum publicum*, quàm hominis *cujuspiam privatum emolumentum*. Neq; integrum est Magistratui superiori ob jus patronatus judicium presbyterii hoc in casu conculcare, vel ad minimum postponere, sicq; pro lubitu aliàs pro minùs idoneo judicatum, Ecclesiæ ceu idoneum æquè præficere, invito presbyterio: ratio suprâ fuit allata: 1. In vocatione enim Ministrorum *partes presbyterii jure sunt primariæ; Magistratus secundariæ*: 2. quia *vocatio Ministrorum non pertinet ad Regalia Magistratus*; *sed ad regnum Christi*. 3. quia *vocatio*, *electio*, *& confirmatio Ministrorum pertinet ad jus Episcopale*; quod quidem ratione harum partium, non ad solum

Magistra-

Magistratum; sed ad presbyterium, ratione *judicii*, *examinis*, & *ordinationis*, vel etiam *Ecclesiam*, sensu jam indicato, spectat: 4. quia id refragatur *praxi* primitivæ Ecclesiæ; 5. insuper *judicio sapientum* vid. Tom. 3. Gissens. disput. 1. thes. 81. 82. seqq.

Luth. Tom. 6. f. 376.

Geistlich/vnd Weltlich Regiment/ sollen wol vnterschieden werden/ also das keines dem andern in sein Ampt greiffe. *Item*, das ein Rath ohn wissen vnd willen jhres Pfarhers keinen Prediger/ Kirchen oder Schuldiener vrlauben oder verstossen sollen/ viel weniger einen andern an jenes stat eindringen etc. Denn wo solches geschicht/ folget grosser vnrath vñ vnordnung draus.

Nach dem vnser Evangelium vnd lehr auffs hohest dahin dringet/ das man die zwey Regiment: Weltlich vnd Geistlich wol vnterscheide/ vnd ja nicht in einander menge/ wo nicht

hohe

hohe noth oder mangel der Personen solches erzwünge/dz ist/wo Personē da sind/die dz Rathhaus vnd Stadt regirē/ vnd wiederumb/wo Personen da sind/die dz Pfarampt vnd Kirchen versorgen sol kein theil dem andern in sein ampt greiffen oder fallen/ sondern einem jglichen das seine auff sein gewissen lassen befohlen sein. Wie S. Petrus lehret/ wir sollen nicht Allotrio Episcopi sein / id est alienorum curatores, inspectores. Wie dann von anfang solch zwey ampt von Christo gesondert seind / auch die erfahrung allzuviel zeuget / das kein Fried sein kan/wo der Raht oder Stadt die Pfar vnd Predigstuel/oder der Pfarherr den Rath oder Stadt regiren wil / wie vns des Bapstumbs exempel wol lehret.

Demnach bitten vnd vermahnen wir euch Herr Pfarherr guter freundt / das jhr bey euch zu N. feste daruber haltet/ wie es denn der Visitation Artickel/ vnd hernach Churf. Receß beschlossen / denn der Teufel feyret nicht / So ist Fleisch vnnd Blude nicht gut / vnnd die

Leute

Leute dieser fehrlichen zeit / wunderlich vnd furwitzig/ deren viel/ nicht was fried vnd einigkeit/ sondern was jhre lust vnd gedancken födere/ suchen.

Demnach weil da kein fried noch einigkeit bleiben kan / wo der Caplan/ Schulmeister/ Kirchen diener ꝛc. wissen / das sie ohn wissen vnd willen des Pfarhers mögen im Kirchen ampt sein / vnd damit auff den Rath bochen vnnd trotzen können/ Sintemahl mann allezeit Ruckenhalter wieder die Pfarherrn findet. So solt jhr das exempel nicht einreumen noch gestatten / das sie ohn ewer wissen (wo sie es fürnehmen wolten) noch willen/ einigen Caplan/ Schulmeister oder Kirchendiener annehmen oder gedulden. Wie wir denn alhie zu Wittebergk nach laut der *Visitation* , auch den Pfarheirn wol lassen ohn wissen vnd Rath des Weltlichen Regiments annehmen vnd vrlauben/ welches auch so viel wir wissen alle andere Städte thuen/ ohn wo die Visitatores (da man sonst keinen kriegen kan) drumb ersuchet werden.

Welt-

Weltlich Regiment hat für sich gnug zu thun / darff sich nicht nöhtigen mit vnnötigen Regiment zubeladē / hat auch ein ergerlich ansehen. Vnd darff sich weder N. noch ein ander Stadt dem exempel zu Wittebergk vnnd anderer Städte zufolgen nicht schemen / weil es der Visitation ordnung gemeheß / von welcher gemeinen ordnung weichen / macht nicht gut gedancken / vnd entlich auch trennung vnd verwüstung der Kirchen.

Wir solten Gott dancken / das vnser Kirchen ein wenig in eine gleiche ordnung gebracht vnd gefasset sind / vnnd Gott wird denen kein glück geben / die solche Ordnung vnnd einigkeit trennen vmb jhres eigen Ehrgeitzes vnd dunckels willen ohn alle noth. Gott helffe vnnd stercke vns alle im rechten glauben / vnd vngeferbter liebe.

Amen.

Soli Deo gloria.